



**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii
Apostolici, Olim S. Congregationis Indicis Consvltoris, &
insignis Ecclesiæ Vimaraneſis Theſaurij maioris, Demvm
Episcopi Vgentini, Et A Consiliis ...**

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1655

XXV. De Quarta Parochiali, seu Canonica portione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98569](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98569)

bet populo; ita vice versa exhibet Deo ea, quæ sunt populi, nempe, preces, & oblationes, & qui Altari seruiunt, de Altari participant, ut egregiè ratiocinatur Sanctus Thom. d. art. 2.

- 30 Et quamvis hæc conclusio sibi locum vendicat, nisi oblationes in certum usum ex piorum offerentium voluntate fuerint destinatae; in dubio enim solummodo spectant ad Parochum: at, quoties à Fidelibus præstantur ad certum finem, pro Missis scilicet, & fabrica, tunc ad Parochum nullo modo spectant, & voluntas eorum qui elemosynam, seu oblationes dederunt, præcisè seruari debet, ut præcitati Doctores movent, & præsertim Addentes ad Cappellam Tolosan. dict. decis. quadragesima octuagesima tertia. Marefcot. dict. cap. 42. numer. 1. lib. 2. Aloysius Riccius decis. 170. num. 1. Rota Bracharen. Oblationum, decimo septimo Decembris, 1612. coram Cardinali Pamphilio iuniore. nunc Sanctissimo D. nostro Innocentio X. Attamen aduertendum est, quod non habet quidem fundatam intentionem Parochus ad effectum, ut hoc casu oblationes conuertat in proprium, cum debeant in usum à largientibus destinatum erogari; Verùm administratio harum oblationum, etiam tali casu ad Parochum videretur spectare, ex eodem iure parochialitatis; & qua ratione oblationes spectant ad Parochum, nisi fuerint in determinatum usum datae, eadem, imò & maiori ratione ad eundem Parochum spectat saltem administratio oblationum, quoties in certam causam sunt erogandæ, cum & regulariter de istis oblationibus Parochus debeat esse fidelis administrator, ac dispensator, partim conuertendo in proprium usum, partim erogando in iis, quæ concernunt cultum diuinum, & partim ad pauperum inopiam subleuandam, ut per Sanctam Thomam loco præallegato, & de harum oblationum distributione idem sancitum fuit in cap. Vultetana, & in cap. quatuor, 12. question. 2. & quod huiusmodi oblationum solus Parochus habeat administrationem, dixit Abb. in cap. postulastis, numer. 2. versic. administrationem autem, De his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. Cap. & Ferret. dicto cons. 143. numer. 4. versic. & quod: plurimum tamen admit-
- 31 tendam esse consuetudinem in hac materia oblationum tradunt omnes, ut per Mar. Socic. de oblatione, libr. 18. numer. 17. 18. & 26. Maluet. eodem tractat. part. 4. numer. 62. Ferret. cons. 278. Decianus dicto cons. 16. num. primo, Aloysius Riccius dict. decis. 170. numero secundo, Stephanus Gratianus disceptat. forens. cap. 395. numero 25. Et ex Theologis admittit Sor. de instit. lib. 2. question. 3. articul.

2. versic. quidquid. Ita eleganter Rot. in Lumen. Sarzanen. Oblationum, octavo Februarij, 1627. coram Reuerendo Patre Domino Merlino, postea eiusdem Sacræ Rotæ Decano.

In plerisque Diocesisibus Regni Portugaliæ, & alibi, viget antiqua consuetudo, ut ex bonis & rebus à defuncto relictis debeatur ac danda sit Parocho melior vestis seu supellex, aut vas aliquod argenteum, seu alia res mobilis, quam ipse Parochus elegerit: pro cuius consuetudinis validitate pugnant Cassador. decis. unic. de consuetudine, in princip. & numero primo. Couarrua. var. lib. 1. cap. 17. numero tertio, versic. sic sanè, latè Gutierrez canonic. libro 2. cap. 21. numer. 160. vbi numer. 161. idem procedere ait, ac seruandum esse in veste scissa parochiani decedentis existente penes sartorem, nondum suta nec completa, electa vigore dictæ consuetudinis à Rectore Ecclesiæ Parochialis. Hoc ius Parochi ad meliorem supellectilem defuncti, *Luctuosa* vocatur apud nostros Lusitanos, quia ex luctu ob mortem defuncti exigitur siue defertur ex prædicta consuetudine, quamuis magis propriè ab effectu posset vocari *Gaudiosa* eam habere debentibus, ut aduertit Gutierrez dict. cap. 21. num. 161. in fine, qui affirmat *Luctuosam* quoque vocari apud suos Ciuitatenses.

CAPVT XXV.

De Quarta Parochiali, seu canonica portione.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonica portio inducta est Iure Canonico propter Sacramenta, qua ministrat Parochus suis Parochianis.
- 2 Canonica portio de Iure est Quarta, & potest induci per consuetudinem, quod sit medietas, vel tertia, & quæ consuetudo in hoc attendenda sit ostenditur.
- 3 Ecclesia illa, apud quam defunctus fuerit sepultus, tenetur partem eorum, quæ ille pro anima sua eidem Ecclesiæ reliquit, Parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat.
- 4 Religiosi omnes etiam Mendicantes, tenentur soluere Quartam funeralem, quando quis eligit sepulturam apud suas Ecclesias: & quid apud Ecclesias

S 4 Monialium

- Monialium ? ibid. n. 5.*
- 6 *Quarta funeralis super pro relicta censetur. etiamsi id non exprimatur.*
 - 7 *Quartam funeralem soluere non tenentur Religiosi, seu alij, qui sunt exempti à solutione Quartæ, per priuilegia concessa ab habente potestatem.*
 - 8 *Clem. dudum, de sepultur. debet specialiter derogari, non autem generaliter, ubi Religiosi eximuntur à solutione Quartæ funeralis.*
 - 9 *Communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt alijs præiudicialia.*
 - 10 *Claus. falua iustitia Ecclesiarum parochialium, apposita in priuilegio specialiter derogante Clem. dudum, de sepult. non efficit, quin per talia priuilegia non concedatur exemptio à solutione Quartæ funeralis.*
 - 11 *Priuilegia habentes non soluendi Quartam funeralem, si licentiam obtinuerint adificandi aliquod Monasterium cum conditione, ut edificaretur sine præiudicio iurium Ecclesiarum Parochialium, à solutione eiusdem Quartæ non eximuntur.*
 - 12 *Regulares, qui 40. annis ante confirmationem Concilij erant soliti soluere Quartam Parocho, vel Episcopo, eam etiam post Concilium tenentur soluere, licet ex priuilegio soluere non tenerentur Episcopo, vel Parocho, sed alijs personis.*
 - 13 *Regulares non tenentur ad solutionem Quartæ, quorum Ecclesie sunt edificata ab annis 40. citra, & sunt exempti per priuilegia.*
 - 14 *Constitutio Pij V. Et si Mendicantium, fuit per Gregorium XIII. redacta ad terminos Concilij, non autem reuocata.*
 - 15 *Ecclesia, vel Monasteria edificata 40. annis ante Concilij confirmationem, quæ non erant solita soluere Quartam funeralem, ad illam etiam post Concil. non tenentur.*
 - 16 *Quarta funeralis usque ad quartam exclusiue potest præscribi spatio decem annorum absque titulo: at consuetudo 40. annorum cum titulo, aut immemorabili requiritur ut præscribatur infra quartam, vel ut nihil debeat.*
 - 17 *Quartam funeralem tenentur hæredes mortuorum soluere Parocho.*
 - 18 *Parochianus, quando eligit sepulturam in aliena Ecclesia, & legatum æquiualens relinquit propria, an censetur legasse animo compensandi in quartam portionem legatorum, quæ reliquit Ecclesiæ extraneæ, ostenditur.*
 - 19 *Quarta funeralis debetur Ecclesiæ, in qua Parochianus consuevit audire diuina, & Sacramenta recipere.*
 - 20 *Recloribus Parochialium de iure debetur Quartæ funeralis.*
 - 21 *Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum, debetur Quartæ funeralis, si nullus adesset Reclor.*
 - 22 *Cathedrali Ecclesiæ debetur Quartæ funeralis, vel præscriptione, vel ex eo, quod illam sibi reseruauit, quando Parochiæ fuerunt erectæ in signum superioritatis.*
 - 23 *Quarta funeralis non debetur Parocho, intra cuius fines viator decessit stante consuetudine in ciuitate, quod ius sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam Cathedralē.*
 - 24 *Parochianus, si in vna Ecclesia solet audire Missam, in altera vero recipere Sacramenta, canonica portio debetur ei, à qua recipit Sacramenta.*
 - 25 *Quarta funeralis quando non constat ex consuetudine, vel alia ratione, cui debeat, Episcopo, vel Parocho, in hoc dubio præfertur Parochus.*
 - 26 *Quarta funeralis debetur Parochiæ, ubi quis habet domicilium, licet obierit defunctus in villa, ad quam se contulerat animo redeundi.*
 - 27 *Quarta funeralis suæ Parochiali Ecclesiæ debetur, etiamsi quis ægrotus ad aliam deferri se fecerit, & ibi mortuus fuerit.*
 - 28 *Quartam funeralem Ecclesiæ Parochiali debet, qui in ægritudine constitutus se cum bonis suis ad Religionem in alia Ecclesia transulerit: secus si sanus bona sua Monasterio, aut alteri Ecclesiæ dederit.*
 - 29 *Sepultura electa apud Ecclesiam, ubi defuncti Maiores solent ab antiquo sepeliri, Quartæ funeralis ei non debetur, sed Ecclesiæ, in qua consuevit audire diuina, & recipere Sacramenta.*
 - 30 *Parochialis Ecclesia culpa Parochi interdicta, si in alia eius Parochianus sepeliatur, nihil percipit de iis, quæ occasione illius sepulture obtulerunt.*
 - 31 *Defunctus, si dum vixit, elegit sepulturam in alia Ecclesia priusquam Parochialis esset interdicta, huiusmodi sequens interdictum non tollit Quartam parochialem quæ antea deberi cæperat.*
 - 32 *Parochus Quartam funeralem qua actione petere possit, ostenditur.*
 - 33 *Renunciatio canonice portionis in damnum Ecclesiæ Cathedralis, vel Parochialis facta nullius est valoris.*
 - 34 *Compositiones, & pacta super iuribus Parochialibus facta inter Trælatos Conuentuales, & Parochos, quando sint valida, ostenditur.*
 - 35 *Renunciare iuri quæsito de non soluendo Quartam, quando per vnum, vel binos actus contrarios censentur Religiosi, ostenditur.*

- 36 Quarta funeralis debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris.
- 37 Funeralis dicuntur, quæ ratione sepultura obueniunt, & quacunque occasione funerum ad Ecclesiam perueniunt, & ea, quæ cum funere portantur.
- 38 Quarta funeralis debetur Parocho ex funeralibus sequenti die post funus solemniori pompa factis.
- 39 Quarta funeralis non debetur Parocho de candelis, quas Fratres, & alij Presbyteri in funeralibus præ manibus deportare solent.
- 40 Interstitiorum, seu cereorum Confraternitatum secularium funera associantium quarta funeralis Parocho minimè debetur.
- 41 Quarta funeralis debetur de candelis, seu cereis accensis, quæ circa Crucem, & cadauer deferuntur.
- 42 Interstitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur, & circa cadauer accenduntur, sunt diuidenda pro equali portione inter Parochum defuncti, & illum ad cuius Ecclesiam defunctus defertur.
- 43 Quarta funeralis debetur de illis, quæ dantur pro Missis dicendis.
- 44 Quarta funeralis debetur de armis, libris, banderis, culcitris, seu pallio, quæ in feretro deferuntur, nisi aliter sit ex consuetudine, vel priuilegio.
- 45 Quarta funeralis non debetur de illis, quæ offeruntur in funere alicuius, qui de facto contra voluntatem Fratrum in eorum Ecclesiis, v. g. tempore Interdicti sepelitur.
- 46 Quarta funeralis an, & quando debeatur de illis, quæ offeruntur in funere alicuius nouitij, ostenditur.
- 47 Quarta funeralis non debetur de legatis factis Ecclesiis, vel locis pijs pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, & anniuersario post sextum diem.
- 48 Canonica portio debet solui de rebus quomodolibet donatis, seu relictis, siue sit donatum uni ex Regularibus, siue toti Monasterio.
- 49 Quarta funeralis non debetur de vestibus datis Pauperibus.
- 50 Quarta funeralis debetur de omnibus illis, quæ iure institutionis relinquuntur Monasteriis, siue alijs pijs locis, non verò de iis, quæ testator in pios vsus iussit distribuere.
- Quarta an debeatur de illo quod relinquuntur uni ex Regularibus remissive. ib.
- 51 Quarta funeralis debetur de omnibus legatis factis Ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam, si relinquuntur ratione loci, non autem ratione personæ, neque in fraudem.
- 52 Quarta funeralis non debetur ex legatis fa-

ctis Monasterio, quod sit exemptum per priuilegium, & ex legatis factis Ecclesiæ in qua testator non sepelitur, & ex legatis factis Ecclesiis, vel locis pijs, ornamentis, cereis, luminaribus, anniuersario post sextum diem, & ex legatis relictis Ecclesiæ pro fabrica.

53 Subsidiū Hispanicum à diuersis Pontificibus concessum.

54 Subsidiū item quod vocant, Excusatum.



ANONICA portio, quæ ab alijs Quarta Parochialis dicitur, inducitur est iure Canonico propter Sacramenta, quæ ministrat Parochus suis Parochianis, id est, propter onus, quod in eorum administratione subit, cap. 1. cap. relatum, c. de his, de sepult. Nouar. Forens. q. 22. num. 8. tom. 2. Aloyf. Ricc. in praxi, p. 4. resol. 299 n. 2. & 3. Hier. Rod. in compend. quæst. Regular. resol. 18. n. 1. De iure est Quarta, c. cum super, de sepult. Clem. dudum, eod. titul. potest tamen induci per consuetudinem, quod sit medietas, vel tertia, cap. antiquos, 10. q. 1. c. certificari, de sepult. Bald. lib. 4. cons. 70. Lap. de Canonica portione, cap. 1. num. 4. Iul. Lauor. var. lucub. tom. 1. tit. 2. cap. 17. ex num. 4. Card. Tusc. lit. 2. conclus. 23. Vgolin. de officio. Episcopi, cap. 17. numer. 2. Hier. Roder. vbi sup. Quæ consuetudo debet esse rationabilis, & legitime præscripta spatio 40. annorum, quod intelligitur de Quarta non expressa à iure: si verò sit expressa à iure, sufficit consuetudo etiam non præscripta, Petr. de Vbaldis de Canon. port. par. 2. c. 5. Ludou. Miranda in man. Præf. tom. 2. qu. 48. art. 5. concl. 1. vbi intelligit necessarium tempus illud quadraginta annorum ad hoc, vt valeat consuetudo, quod detur Episcopo, vel Ecclesiæ Parochiali ultra dimidiam partem, vt putà quod dentur duæ partes ex tribus, vel quod detur citra quartam partem, id est, minus quarta parte: at verò ad hoc, vt detur infra dimidiam, vel ultra quartam partem non est necessum, quod huiusmodi consuetudo sit præscripta supradicto 40. annorum numero: sed sufficit numerus decem annorum, Iul. Lauor. loc. proxime cit. vbi à n. 8. post Sebast. Medic. de sepult. q. 7. aduertit, quod quando in Ecclesia Parochiali non est certa consuetudo, quantum exigit, tunc ea seruari debet, quæ viget in Ecclesia, cui legatur: si verò in Ecclesia Parochiali est vna consuetudo, & in Ecclesia, cui legatur, est altera, tunc inspicietur consuetudo Ecclesiæ Parochialis, quæ prætendit titulum onerosum propter administrationem curæ: sed Ecclesia, cui legatur, prætendit titulum lucratium, & duobus titulis concurrentibus potior est conditio tituli onerosi, quàm lucratui. Si denique nulla est consuetudo in Parochiali Ecclesia,

& nulla in Ecclesia legataria, sed in aliis Ecclesiis eiusdem diocesis est aliqua consuetudo, tunc si est vniformis, debet seruari; si difformis, seruabitur quæ est magis conformis Iuri communi.

A quo debeatur Quarta Parochialis.

- 3 Ne Parochialium Ecclesiarum Rectores, quibus cura incumbit animarum, debitis fraudentur subsidiis, statutum fuit in *cap. 1. de sepultur.* & in *Clem. dudum, eod. tit.* vt Ecclesia illa apud quam talis fuerit sepultus, teneatur partem eorum, quæ defunctus pro anima sua eidem Ecclesiæ reliquit, Parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat: ita docent Læd. Zech. de *Republ. eccl.* *cap. 28. de Parochis*, num. 18. Menoch. de *presumpt. lib. 1. pres.* 109. num. 56. Fr. Emman. *quest. regul. tom. 1. quest.* 39. art. 2. in princip. Fr. Archang. Carracc. in *tr. de Quarta funeral. cap. 1.* Ludou. Miranda in *manuali Prelat. tom. 2. quest.* 48. art. 10. concl. 1. Iul. Lauer. *var. lucubrat. tom. 2. tit. 2. cap. 17. n.* 33.
- 4 Amplia, vt omnes Religiosi etiam Mendicantes, teneantur soluere huiusmodi Quartam, quando quis elegit sepulturam apud suas Ecclesias, d. *Clem. dudum. §. verum.* Vt de Fratribus B. Mariæ de Victoria Ordinis Minorum S. Francisci de Paula dixit Rot. in *Granaten. Quarta funeralium*, 21. Maij. 1610. coram bonæ mem. Card. *Canalero*, inter eius impressas *decis.* 101. & quamuis Azor. *d. par. 2. lib. 9. cap. 13. quest.* 5. *§. insuper*, crediderit ¶ id non extendi, quando quis elegit sepulturam apud Monasteria, seu Ecclesias Monialium Ordinis Minorum, & Prædicatorum, ibique de facto sepelitur, quia, inquit, dicta *Clem. dudum*, loquens de Fratribus, cum sit pœnalis, non est extendenda, sed restringenda: tamen hoc nullo Iure probatur post Concilium Trid. *d. cap. 13.* cum in illo generaliter in quibuscunque locis piis, ac Monasteriis, vbi solita esset persolui, id obseruari præcipiatur, vnde quantum ad hoc, consuetudini loci standum esse omnino cenſeo, idque innuere videntur illa verba Tridentini, *solita esse persolui*, ideoque id absolute tenet Portel. *d. verb. Canonica portio*, num. 8. referens quædam Bullam pij V. vbi expresse fit mentio de Monialibus, & earum Monasteriis, & declarat Pontifex non debere Quartam, seu portionem canonicam de Missis, & aliis relictis Fratribus & Monialibus, ac eorum Monasteriis: refert & sequitur Hieron. Roderic. in *compend. quest. regular. resol.* 18. num. 18. ¶ Et ista Quartam ita Ecclesiæ Parochiali deberi, vt electio sepulture in aliquo Monasterio nulla sit, si parochus non relinquatur Quarta, existimauit Host. in *sum. de sepult. §. apud quam Ec-*
- 6

clesiam, vers. vel non reddatur. Sed contrarium est verius, quia semper debetur Quarta, & pro relictâ censetur etiam si id non exprimat, Abb. in *cap. de his, in 2. notab. de sepult.* Greg. Lop. *lib. 5. vers. si non de xasen. tituli.* 13. par. 1. Fr. Emman. *d. quest. 39. art. 6.* Miranda *vbi supra, art. 11.* Hieron. Roder. *d. resol.* 18. num. 7.

Limita primò in Religiosis, seu aliis, qui sunt exempti à solutione Quartæ per priuilegia concessa ab habente potestatem, Fr. Emman. *d. q. 39. art. 2.* Archægel. Carrac. *de quarta funerali, cap. 1.* Gutier. *de iuram. confir. p. 2. cap. 4. n. 3.* vbi loquitur de Bulla Pij V. de Patribus Theatinis Clericis Regularibus dixit Rot. in *Lucien. Quarta funeral.* 15. Ianuarij 1618. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & de Fratribus Prædicatoribus in *Hispalen. Quarta funeralium.* 4. Iunij, 1590. coram bonæ mem. Card. Pamphilio sen. de quibus etiam Stephan. Gratian. *discep. forens.* c. 925. à princ.

Declara, hanc limitationem procedere, dummodò per priuilegia fuerit specialiter derogatum d. *Clem. dudum, de sepult.* non autem generaliter, Rot. in *d. Granaten. quarta funeralium, per cap. ex parte, de Capellis Monach.* Rot. *decis.* 122. par. 1. diuers. de quare bene Petr. de Vbaldis *de canon. Paroch. cap. 6. num. 8.* vbi quòd dicta *Clem. dudum*, derogatur etiam per clausulas generales, si constet de voluntate Principis derogare volentis, omnibus in contrarium obstantibus.

In tantum est necessaria derogatio dictæ *Clem. dudum*, vt si in aliquibus priuilegiis concessis, v.g. Prædicatoribus, fuerit dicta *Clem.* specialiter derogatum, & hæc eadem priuilegia fuerint communicata Religioni Sancti Francisci de Paula, non communicetur, nec extendatur dicta derogatio in fauorem Religionis Sancti Francisci de Paula, vt in his terminis fuit tactum in *d. Granat. Quarta funeralium, & in Valissoleana Quarta funeralis*, 19. Aprilis, 1606. coram Iustis; quia communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt aliis præiudicialia.

Et licet huic *Clem.* per aliquod priuilegium sit specialiter derogatum; si tamen fuit appositâ claus. *Salua iustitia Ecclesiarum Parochialium*, non censetur Pontifex per talia priuilegia concessisse exemptionem, ita vt non teneatur soluere quartam funeralem, Rot. in *d. Valissoleana Quarta funeralis.* Contrarium tamen tenebat Reuerendiss. D. Coccinus in suo voto, quia stante specifica derogatione dictæ *Clem. dudum*, hæc clausula debet intelligi quoad alia, non quoad expressa, aliàs priuilegium inferuiret de vento, & hoc credo verius: quia licet priuilegia debeant stricte interpretari, non tamen ita debent intelligi, vt destruantur.

Sublimi

Sublimita, ut non procedat, quando habentes huiusmodi priuilegia, habuerunt licentiam ædificandi aliquod Monasterium cum conditione, ut ædificaretur sine præiudicio iurium Ecclesiarum Parochialium, Rot. in d. Granaten. *Quarta funeralium* 31. Maij 1610 coram bona mem. Card. Caualerio, inter eius impressas decis. quia hæc conditio est valida, cum res ad suam naturam redeat, cap. 1. & ult. de patris, in 6. cap. ab exordio, 35. dist.

12 *Secundò limita ut non procedat in Regularibus*, qui 40. annis ante confirmationem Concilij erant soliti soluere Quartam Parocho, vel Episcopo: hi enim etiam post Concilium tenentur soluere eandem Quartam Episcopo, vel Parocho, licet ex priuilegio hæc Quarta non solueretur Episcopo, vel Parocho, sed aliis personis, vel locis: Rot. in d. Vallisoleana *Quarta funeralis*, 19. Aprilis, 1606. coram Iusto, & in Licien. *Quarta funeralis*, 15. Ianuarij, 1618. coram Reuerendiss. D. meo Decano: & clara sunt verba Concilij Trident. sess. 15. de reform. cap. 13. quæ sequuntur: *Decernit sancta Synodus, ut quibuscunque in locis iam ante annos 40. quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset per solui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscunque locis pijs concessa, eadem posthac integre iure, & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratiis, &c.*

13 *Ex hac secunda limitatione colligitur, illos Regulares non teneri ad solutionem Quartæ, quorum Ecclesiæ sunt ædificatæ ab annis 40. citra, & sunt exempti per priuilegia, ut censuit S. Congreg. Concilij ad d. c. 13. Rot. in d. Licien. Fr. Archang. Carac. d. cap. 1. fol. 20. §. nec sacri Concilij, Hieron. Roderic. in compend. question. Regular. resol. 18. numer. 2. & declarauit Pius V. Constit. sua incip. Et si Mendicantium 17. Kalend. Julij 1567. ut refert Caraccia loco citato, & Gutier. de iuram. confirm. par. 2. cap. 4. numer. 3. Cuius Constitutionis verba, quæ hac de re agunt, sunt quæ sequuntur: *Quartam autem funeralium, de qua sess. 25. cap. 13. nequaquam soluere teneantur Monasteria, quæ à 40. annis citra fundata existunt, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de Monasteriis ante annos 40. fundatis, quæ ipsam Quartam soluere consueverunt: & ubi solui consuevit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur; non autem de Missis seu legatis, vel aliis Fratribus ipsis, seu Monialibus relictis, aut aliis quomodolibet donatis solui debet, sicque intelligi Concilij decretum quoad Quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi verò non est**

Consuetudo soluendi Quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus.

14 *Quæ constitutio licet loquatur simpliciter de Monasteriis ædificatis à 40. annis citra Concilij confirmationem, nulla facta mentione de priuilegiis; tamen ita est intelligenda: quia per Gregorium XIII. die 10. Octobris, 1586. cuius Constitutione refert Nauar. in Man. cap. 17. in fine, fuit redacta ad terminos Concilij, non autem reuocata, ut in declaratione, quam refert Fr. Archang. Garacc. in fine tract. & in declarationibus impressis Cœc. sess. 23. de refor. c. 15. §. ab Episc. & sequitur Rot. in d. Licien. cuius particula quæ ad rem plurimum facit, ita se habet: *Nec obstat Concil. sess. 25. cap. 13. de Regularibus, quia cum istud Monasterium sit fundatum post publicationem Concilij, & quatenus esset fundatum antea, cum non esset solitum soluere dictam Quartam; Concilium ti non obstat, ut declarauit Sanctissim. Pius V. in sua Constit. de anno 1567. quam refert Archang. Carraccia de Quarta funer. cap. 1. Gutier. de iuram. confirm. par. 2. cap. 4. numero 3. Emman. Roder. in quest. regal. tomo. 1. q. 41. art. 2. & ita resoluit Congr. Illustriss. Interpretum ut refert Rot. loco prædicto.**

Nec est verum, quod prædicta Constit. Pij V. fuerit reuocata per Greg. XIII. ut in eius Bulla, quam refert Nau. in man. c. 27. in fine: Quia cum dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, ut censuit Congreg. Illustriss. Interpretum, sicut testatur Caraccia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipsam declarationem, & bene aduertit Gutier. ubi supra. Vide post hæc scripta visum Lezanam in summ. quest. Regul. tom. 1. c. 3. num. 12. & 13.

15 *Tertiò limita in Ecclesiis, vel Monasteriis ædificatis 40. annis ante Concilij confirmationem, quæ non erant solita persoluere dictam quartam: nam tunc ad illam etiam post Concilium non tenentur, ut in d. c. 13. Conc. Fr. Archang. Caraccia d. c. 1. §. secundum est, fol. 20. Pius V. in d. Constit. quam referunt idem Carraccia, & Fr. Emman. citatis locis.*

16 *Quartò limita ut non procedat in iis personis, seu Ecclesiis, quæ præscripserunt portionem canonicam: nam, cum alibi soluatur dimidium, alibi pars tertia, alibi pars quarta, usque ad quartam exclusiue, potest præscribi spacio decem annorum absque titulo: ad hoc autem ut præscribatur infra quartam, vel ut nihil soluatur, requiritur consuetudo 40. annorum cum titulo, aut immemorabili, Alex. conf. 196. numero 15. vers. de prescriptione, lib. 2. Syluest. in sum. verbo, Canonica portio, num. 2. & 3. Lap. de Castellione de canon. portione, c. 2. num. 64. & 65. Petr. de Vbald. de canon. Parochiali c. 5. num. 3. & seq. c. 6. num. 34. & seq. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 215. num. 7.*

Et

17 Et quamvis quartam funeralium non teneri hæredes mortuorum soluere Parocho, nec aliquid aliud existimauerit Fr. Archangel. Caraccia de *Quarta funerali*, c. 4. ante med. vers. hac si mea sententia, per c. 12. 14. 15. 13. qu. 2. non satis. & cap. cum Ecclesia, de simonia; contrarium tamen videtur verius, ut tenent Couar. in cap. officij. num. 9. vers. nec obstat, de testamen. sub tit. de legatorum imputat. in debitum, in noua impress. Amuerpiensi, Molin. d. disp. 215. num. 5.

18 Sed quando Parochianus elegit sepulturam in aliena Ecclesia, & legatum æquiualens relinquit propriæ, an censeatur legasse animo compensandi in quartam portionem legatorum, quæ reliquit Ecclesiæ extraneæ? Quæstio dubia est, in qua vna sententia tenet tale legatum imputari in Quartam: ita Gregor. Lop. lib. 5. verb. de mas. tit. 1. par. 1. Fr. Emman. d. 9. 39. art. 6. uti refert Feder. de Senis conf. 3. ubi latè, & loquitur etiam in casu quo legatum esset minus Quarta canonica, Anton. Imol. Abb. in d. c. officij. Salyc. Alex. & Corn. in auth. præterea. C. unde vir, & vxor. idè tenent Lud. Mirand. d. tom. 2. quæst. 48. art. 11. concl. 2. Portel. in dub. Regularib. verb. Canonica portio, num. 7. nouissimè Hieron. Roderic. in compend. question. Regular. resol. 18. numer. 8. Altera verò tenet legatum, & portionem integrè soluendam esse Ecclesiæ Parochiali ab Ecclesia extranea: bonus tex. in Clem. 1. §. verum, ibi, largiri integrè teneantur, de sepult. ubi gloss. verb. integrè, interpretatur non esse minuendam canonicam portionem. Iuuat cap. 1. ibi, integraliter faciendam, eod. tit. libr. 6. Secundo expenditur, quòd respectu canonice portionis soluendæ ab Ecclesia extranea, testator non est debitor, sed solummodò Ecclesia ipsa: patet ex d. cap. 1. cum ergo non esset debitum ex parte testatoris, quamvis à tertio verè debitum sit, deficiunt termini necessarij ad cõpensationem. Tertio facit, quia, ut supponimus, testator absolutè absque cõditione legauit Ecclesiæ Parochiali, sicut in terminis huius Quartæ legauerat Episcopo: ergo sicut quando absolutè legat Episcopo, potest ille & legatum, & canonicam portionem petere, ut per text. in d. cap. officij, de testamen. infra resoluiamus; ita quando absolutè legat Ecclesiæ Parochiali, poterit Ecclesia & legatum, & portionem ab Ecclesia extranea sibi debitam exigere absque vlla compensatione. Vltimò, & fortius vrget d. c. requisisti. vers. secus autem, de testam. ubi, quando aliquid legatur Episcopo, & aliud Capellis, Monasteriis, aut aliis pijs locis; quod legatur Episcopo, eius est insimul cum canonica portione, quam habet ex legatis Ecclesiarum inferiorum: ergo similiter in proposito Parochus legatum obtinebit, & canonicam

portionem absque vlla compensatione. Propter quæ hanc partem sequuntur gloss. d. verb. integrè, gloss. verb. largiri, in d. §. verum, Card. n. 20. Couar. in d. cap. officij, num. 6. alias num. 9. sub tit. de legatorum imputatione in debitum, in noua impress. Non obstat cap. ex his 4. de sepultur. ubi probari videtur parochianum debere canonicam portionem Ecclesiæ parochiali, à qua Sacramenta percipit, in stipendium sui laboris, sicut respectu decimarum, quas soluere tenetur, verè debitor est ipsi parocho, à quo spirituale pabulum recipit, cum contingat, de decim. Quia respondetur extraneas Ecclesias, quibus parochiani ibidem sepulturam eligentes legata relinquunt, debitrices esse Canonice portionis, non verò parochianos ipsos: patet, si recurramus ad verba dicti §. verum, ibi, dictorum Ordinum Fratres, & ibi, largiri integrè teneantur, quæ verba relata ad Monasteria, seu Ecclesias extraneas, satis demonstrant ipsasmet teneri ad solutionem huiusmodi portionis, d. c. de his, ibi, ipsis Ecclesiis, à quibus assumpti sunt.

Cui debeatur Quarta funeralium, & qua actione peti possit.

Quarta funeralis debetur Ecclesiæ, in qua parochianus consuevit audire Diuina, & recipere Sacramenta, cap. cum quis, de sepultur. in 6. Frater Emman. question. Regular. tom. 1. q. 39. art. 5. Rot. dec. 376. n. 1. p. 1. recent. ubi de Ecclesia parochiali. Et sic de iure debetur Rectoribus parochialium, d. Clem. dudum, §. verum. Vgol. de officio Episc. cap. 17. num. 11. Mantica. decis. 294. Caualer. decis. 101. num. 1. Rot. in Mediol. Quarta funeralium, 14. Martij 1622. coram R. P. D. Merlino. ubi etiam fuit dictum ex hac sola Iuris assistentia Rotam non solere manutentionem imparti in alijs causis non iurisdictionalibus, & sic ubi nullus adesset Rector, debetur Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum, c. requisisti. de testam. c. cum ex eo, de elect. Aloys. Ric. in praxi p. 4. resol. 299. num. 4.

Item debetur Ecclesiæ Cathedrali, vel præscriptione, vel ex eo, quòd illam sibi reseruauit, quando parochiæ fuerunt erectæ in signum superioritatis, Rot. d. dec. 376. n. 2. & 3. & tunc inter Clericos Ecclesiæ diuidetur cura non residente penes certam personam, Aloys. Ricc. d. resol. 299. n. 4. Vnde statè consuetudine in ciuitate, quòd ius sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam Cathedralē, Quarta funeralis non debetur parocho intra cuius limites viator reuentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit, ut censuit S. Congreg. Conc. in Pisaurien. 22. Ianuarij 1628.

²⁴ Et si in vna Ecclesia solet Parochianus au-
dire Diuina, in altera verò recipere Sacra-
menta, canonica portio deberur ei, à qua re-
cipit Sacramenta, c. 1. de sepult. Fr. Emman. d.
q. 39. art. 5. Syluest. in sum. verb. Canonica por-
tio, num. 11. Sed si vtraque habet ius fune-
randi, credit Greg. Lop. l. 1. in gl. los Sacra-
mentos, tit. 13. p. 1. quòd sit locus præuentio-
ni, per c. duobus, de rescript. in 6.

²⁵ At in dubio, quando non constat ex con-
suetudine, vel alia ratione cui debeat, Epi-
scopone, an Parocho: præfertur Parochus,
quia habet magis specialem curam, quàm
Episcopus, qui habet generalem; & quia Pa-
rochis debetur Quarta ex causa onerosa, d.
c. 1. de sepult. Petr. de Vbaldis de Quarta canoni-
ca 2. p. c. 8. n. 14. in fine, & vt æs alienum, Abb.
in c. certificari, à num. 11. de sepult. Episcopo
verò ex causa lucratiua, Vbald. vbi supra n.
14. & potior est conditio pretendenti ex
causa onerosa, ad tex. in l. Sanctorum. C. de
iure delib. Rot. in Neritonem. Quarta funeralis,
9. Iunij 1608. coram bona memor. Patriarcha
Manzanedo.

²⁶ Amplia primò principalem conclusionem,
vt procedat, etiam si quis propter bellum, aut
pestem in villam, seu alium locum se contu-
lerit, & ibi diem suum obierit; quia nihilomi-
nùs Quarta funeralis debetur Parochiæ, vbi
habebat domicilium, si discessit animo re-
deundi, vel animi gratia: Ita Fr. Emman. quest.
Reg. tom. 3. q. 46. artic. 3. Miranda d. tom. 2.
q. 48. art. 9. concl. 2. Villalob. in sum. p. 2. tract.
31. diff. 7. num. 3. Fr. Hier. Rod. in comp. qq.
Regul. resol. 18. num. 12. per Ioan. Andr. in c. is
qui de sepult. in 6. & Abb. in c. de his, eod. tit. in
Decretal. vbi quatuor casus considerat.

²⁷ Amplia secundò, vt procedat, etiam si quis
ægotus in vna Parochia, ad aliam deferri se
fecerit; quia nihilominus primæ Ecclesiæ, sua
portio debetur, Syluest. in sum. verb. Canonica
portio, num. 15.

²⁸ Amplia tertio, etiam si quis in ægitudine
constitutus se cum bonis suis ad Religionem
in alia Ecclesia transtulerit; quia nihilominus
si ex eadem infirmitate decesserit, canonica
portio Ecclesiæ Parochiali debetur; secus au-
tem, si sanus bona sua Monasterio, aut alteri
Ecclesiæ dederit: casus est in c. de his, de se-
pult. Fr. Lud. Miranda in man. Præl. tom. 2. q.
48. art. 9. concl. 3. refert, & sequitur Fr. Hier.
Rod. in compend. quest. Regul. resol. 18. num. 15.
Vnde Tiraquel. de retractu lig. §. 1. gl. 8. n. 23.
colligit Canonicam portionem non deberi
Ecclesiæ, cuius Parochianus Religionem
ingreditur, & pendente anno professionis
obit, nisi ingressus esset animo exeundi, vt
obseruat Lel. Zech. de Republ. Eccles. c. 28.
de Parocho, num. 18. fallent. 3.

²⁹ Amplia quarto, vt procedat, etiam si quis
Barbosa de Parocho. Pars III.

Ecclesia vna dimissa, vbi Maiores sui sepul-
turam elegerat, licet sua Parochialis non esset,
alibi sepulturam elegerit: quia etiam tunc
non Ecclesiæ dimisse, sed Parochiali debe-
bitur Canonica portio, vt habetur in c. 2. de se-
pult. lib. 6. Lud. miranda d. tom. 2. q. 48. artic. 9.
concl. 4. quia electa sepulturâ apud Ecclesiam
vbi defuncti Maiores solent ab antiquo sepe-
liri, quarta funeralis ei non debetur, sed Ec-
clesiæ, in qua consuevit audire Diuina, & re-
cipere Sacramenta, Azor. d. cap. 3. q. 8. Villal. in
sum. p. 2. tract. 31. diff. 7. num. 3.

Limita, si eo tempore, quo defunctus est ³⁰
in alia Ecclesia sepultus, Parochialis Ecclesia
erat interdicta: quia, cum nullus posset in ea
sepeliri, habet alia Ecclesia ius relicta inte-
gre percipiendi, quæ occasione illius sepul-
turæ obuenerunt: ita Gemin. in c. 1. de sepult.
lib. 6. Fr. Lud. Miranda d. to. 2. quest. 48. art. 10.
concl. 10. Syluest. d. verb. canonica portio, n. 8. §.
septimus. vbi loquitur, quando Ecclesia culpa
Parochi est interdicta, nō defuncti Parochia-
ni: quod etiam tradunt Fr. Emman. d. tom. 1.
q. 39. art. 3. Azor. d. par. 2. lib. 9. c. 13. q. 4. casu 5.
& 6. Miranda d. q. 48. art. 10. Portel. in addit. ad
dubia Regul. verb. canonica portio, num. 3. Hier.
Rod. d. resol. 18. num. 4.

Quòd si talis defunctus antea elegerat se- ³¹
pulturam in alia Ecclesia, priusquā Parochia-
lis esset interdicta, non videtur Interdictum
sequens tollere quartam Parochialem, quæ
antea deberi cœperat. Idem respondendum
videtur in aliis casibus, quibus non defertur
defunctus ad Parochialem Ecclesiam, si an-
tea alibi elegerat sepeliri, quàm dictus casus
euenerit; imò etsi nullam antea elegerit se-
pulturam, sed erat ad Parochiam deferendus;
alibi tamen citra culpam Parochi sepeliatur,
non debet quartam suam amittere; quam ta-
men perderet, si culpa sua, vel negligentia,
defunctus ad aliam Ecclesiā esset delatus: est
enim ratio attendenda, ob quam huiusmodi
portio est instituta, non enim pro sepultura
tantummodò est instituta, sed pro onere
etiam, quod ipsis Curatis incumbit, subditis
suis ea, quæ ad salutem pertinent, ministran-
di, ne debitis, & necessariis beneficiis defrau-
dentur, d. c. 1. c. de his, de sepult. cum opera-
riis mercedis exhibitio debeat, vt dicitur in
d. Clem. dudum vers. verum.

Vnde Parochus quartam funeralium po- ³²
test petere tanquam debitum, & mercedem
laboris quasi actione locati, Feder. de Senis
conf. 3. num. 9. vel conditione ex canone, vel
actione ex testamento, Petr. de Vbaldis de
canonica Parochiali, cap. 1. num. 2. vbi latè Lap-
de Castellione de canon. portione, n. 6.

Renunciatio canonicæ portionis in dam- ³³
num Ecclesiæ Cathedralis, vel Parochialis
facta, nullius est valoris, nisi fiat cum prote-
statione,
T statione,

34 statione, quod per hoc non fiat præiudicium iuri Ecclesiæ: † Compositiones tamen, & pacta super iuribus parochialibus, facta inter Prælatos conuentuales, & Parochos, sunt valida, etiam si celebrata sint absque licentia Superiorum, Prouincialium, scilicet, vel Generalium, dummodò sint licita, & honesta, & fiant cum consensu Conuentus, nec irritentur per sequens Capitulum generale, vel Prouinciale, ex decreto Leonis X. in Concilio Lateranensi. Imò, etiam si dictæ compositiones, seu conuentiones sint repugnantes d. Clem. dudum, §. ceterum, quia ibi tantum reuocantur facta ante illam, non verò faciendæ de nouo; vide Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 1. quest. 39. art. 8. & tom. 3. quest. 46. art. 4.* Azor. d. p. 2. lib. 9. c. 12. q. 4. Syluest. *verb. canonica portio*, q. 2. Fr. Ludou. Miranda *vbi supra*, artic. 12. licet ibi contendat in dict. Clem. etiam reuocari conuentiones futuras, non tantum præteritas: sed Leo X. fuit post illam, & potuit ius commune reuocare, vt benè notat Portel. *verb. canonica portio*, num. 9. & 10. Ita Fr. Hieron. Roder. in *comp. quest. Regul. resol. 18. num. 9.*

35 Neque per vnum aut binos actus contrarios censendi sunt Religiosi renunciare iuri quæsito de non soluendo quartam, nisi talis solutio facta sit per spatium 40. annorum, iuxta dispositionem iuris in cap. accedentibus & in c. si de terra, de priuilegiis. quia priuilegium ad non faciendum non perditur vno, aut binò actu, cap. cum accessissent, vbi gloss. de Const. imò, etiam si per dictum spatium 40. annorum soluta sit quarta, adhuc præscriptio non tenet; quia contra bona, & iura Regularium, non nisi centenaria currit præscriptio, ad instar Ecclesiæ Romane, ex quodam singulari priuilegio Eugenij IV. Vide Mirand. d. q. 48. art. 13. Portel. *vbi supra*, n. 8.

De quibus solui debeat Quarta
Parochialis?

36 Quarta funeralis, seu canonica portio debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, scilicet, in die funeris, Fr. Emman. *quest. regul. tom. 1. quest. 39. artic. 2. in princip.* Couar. in c. ult. num. 7. de testamen. vbi post Abb. ait moribus receptum esse, vt Ecclesiæ parochiali quarta portio à Monachis soluatur ex his tantum, quæ offeruntur tempore, quo funus, seu exequiæ defuncti celebrantur, Molin. de iust. tract. 2. disp. 215. numer. 4. vbi quod debetur de omnibus oblationibus, & commodis funeris, Syluest. in *sum. verb. canonica portio*, num. 7. & 15. §. tertia. vbi quod hoc procedit de consuetudine, Petr. de Vbaldis de Canon. parochiali, c. 4. num. 10. Pius V. in d. sua Constit. incip. *Etsi Mendicantium*, decla-

rauit huiusmodi quartam debere solui de iis, quæ offeruntur in funere, ex Concil. Triod. quod ita interpretatur. Sequitur hanc declarationem Fr. Emman. d. artic. 2. in fine, Archang. Carracia de quarta funerali, q. 3. vers. forsan, fol. 45. Guttier. de iuram. confirmator. p. 2. capit. 4. numer. 3. Ioan. de la Cruz de statu Relig. p. 2. cap. 9. dub. 5. vers. tertia conclusio, & Benedictus XV. inter Constitutiones Prædicatorum, pag. 72. sic ait, funeralia verò intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur, & idem declarasse Sixtum, dicit Molin. dicta disp. 215. num. 9.

Funeralia igitur dicuntur, quæ ratione sepulture obueniunt, c. cum liberum, c. nostra, de sepult. Alberic. in l. seruo alieno 131. §. ineptas, numer. 13. ff. de legat. 1. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 670. numer. 4. aliàs resol. 571. num. 4. in 2. edit. & p. 4. resol. 300. & quæcunque occasione funerum ad Ecclesiā perueniunt, Federic. de Senis conf. 6. num. 1. in princip. vbi subdit, quod mortuaria, seu funeralia dicuntur, quæ occasione funeris deueniunt, etiam præter voluntatem morientis. Itē & ea, quæ cum funere portantur, gloss. *verb. funeralibus*, in d. Clem. dudum, vbi Zabarel. *verb. verum*, num. 4. Azor. in *stit. moral. par. 2. lib. 6. c. 14. q. 13. vers. funeralia*, Vbald. d. tract. c. 4. n. 16. Rub. conf. 23. numer. 5. Ber-tachin. in repertor. *verb. Quarta Parochialis*, Enriquez conf. 86. numer. 9. Portel. in *dist. Regul. verb. canonica portio*, numer. 5. Hieron. Roder. in *comp. quest. regul. resol. 18. num. 3.* Siue antequam corpus sit in terra conditum, siue post, & vsque ad trigessimum diem, & quandiu sit memoria de funere, Caldeira. conf. 4. de sepult. vbi in casu, quod propter pestem non potuit in die obitus solemniter tumulari. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 1. c. 14. num. 12. Aloyf. Ricc. d. resol. 571. vbi in casu, quo exequiæ post diem funeris fuerunt factæ cum maxima pompa, Syluest. in *sum. verb. canonica portio*, num. 15. vers. tertia. Zabarel. in d. Clem. dudum, §. verum, vers. tertia quæro. vbi refert opinionem aliquorum, qui, cum funes, quibus mortui ligari consueverunt, & postquam mortuus terræ est conditus, funes amplius locum non habeant, putant funeralia non dici, nisi quandiu corpus est in funibus extra terram. Sed, inquit, desipit, qui sic sapit, nec insistendum est in hoc scientiæ Grammaticorum, 36. dist. cap. si quis. Dic ergo melius, quod, siue ante corpus reconditum terræ, siue postea obueniant occasione funeris, dicuntur funeralia, & debetur canonica. Quicquid dicant Couar. in cap. ult. de testam. numer. 6. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 19. art. 2. in fine, Ioann. de la Cruz de statu Relig. p. 2. c. 9. dub. 5. Guttier. de iuram. confir. p. 2. c. 4. num. 3. Caraccia de quarta funer. c. 1. Molin. d. disp.

d. disp. 215. num. 9. vbi quòd hoc concessum est Mendicantibus per priuilegium, & ita consuetudine seruatur.

38 Ex his forsan patet resolutio ad quæstionem præteritis temporibus ventilatam, vtrum si Parocho in die funeris data sit sola candelarum, & facularum quarta; & deinde sequenti die solemniori pompa, magno scilicet adhibito Religiosorum, Confraternitatum, & Presbyterorum numero in alia Ecclesia, vbi mortuus sepulture mandatus fuerat, pro eius anima solemnissimis Missa cantetur cum distributione candelarum, & intortitionum in maiori quantitate quàm diei præcedentis, debeatur ex his quoque Parocho quarta? In qua controuersia S. Congregatio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, semel, & iterum partibus hinc inde auditis die 3. Augusti 1621. nemine discrepante, censuit deberi quartam Parocho ex funeralibus secundo loco factis.

39 Non loquitur de candelis, quas Fratres, & alij Presbyteri in huiusmodi funeralibus præmanibus portare solent; has enim deferentes sibi quærent, nec alia portio de eis debetur, vt declarauit Benedictus XI. vbi supra, ibi, de candelis autem, quas Fratres portant, portio non petatur. tradunt Hieron. à Sorbo compendio priuileg. verb. canonica portio, pag. 103. Pialec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 3. de visitat. Regular. §. funeralium etiam pag. 190. Fr. Emman. d. 9. 39. art. 2. Fr. Archang. Carraccia de quarta funer. c. 3. Quicquid teneant gloss. verb. funeralibus, in fin. in d. Clem. dudum. Calder. conf. fin. de sepultar. Federic. de Senis conf. 4. n. 8.

40 Item Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 5. Martij 1616. à Parochis montis S. Petri Angelorum Firmanæ diocesis consulta, Eminentiss. Lancellotto referente, respondit, intortitionum, seu cereorum Confraternitatum sæcularium funera associantium quartam funeralem eisdem Parochis minimè deberi. Et idem de intortitiis, quæ portantur à locis pijs ad associandum pauperes personas ad sepulturam, declarauerat eadem S. Congreg. 29. Nouembris 1588.

41 Debetur quoque quarta funeralis de candelis, seu cereis accensis, quæ circa Crucem & cadauer deferuntur, Petr. de Vbaldis de canon. Paroch. c. 4. num. 10. Fr. Archang. Carraccia de quarta funerali, cap. 3. vers. præfata etenim. Et de candelis oblati, Feder. de Senis d. conf. 4. num. 8. Et hac de re sciendum est, quòd die 21. Martij 1629. S. D. N. Urbanus VIII. approbauit decretum Congregationis RR. DD. Præfectorum Urbis, habite coram Eminentissimo Urbis Vicario, in qua ad effectum remouendi dissensiones,

Barbosa de Parocho. Pars III.

fuit declaratum tam in sortitia, cereos, & candelas, quæ per viam deferuntur, quàm etiam omnia ea, quæ circa cadauera, antequam terra tradantur, in quibuscunque priuatis Ecclesijs diuindenda fore, & esse pro aequali portione inter ipsos Parochos, & ministros aliarum Ecclesiarum quorumcunque, etiam Regularium, & Nationalium, seu alias priuilegatarum. Ac propterea quando huiusmodi intortitia, seu cerei, & candelæ in præfatis Ecclesijs pro celebrandis diuinis Officijs præfenti corpore accenduntur, finito Officio extinguenda, & cuiquam medietatem consignandæ esse.

Item debetur quarta de illis, quæ dantur pro Missis dicendis, gloss. verb. funeralibus, in d. Clem. dudum. §. verum, Bald. in repet. capit. sepater. de testam. lib. 6. in 6. quæst. Alex. conf. 196. num. 5. & 16. vers. nec excusarentur, in fine, lib. 2. Sylu. in sum. verb. Canonica portio, num. 9. vbi quòd de legato facto Rectori Ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam, pro Missis dicendis, debetur quarta, Vbaldis de Canon. portione, cap. 4. num. 5. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. allegat. 86. num. 20. cum seq. Quicquid dicat Fr. Emman. d. quæst. 39. num. 2. in fine, nisi eius opinionem procedere dicamus de consuetudine, vel propter priuilegia.

Item debetur de armis, libris, banderis, culcitra, seu pallio, quæ in feretro deferuntur, Petr. de Vbaldis d. cap. 4. numer. 10. Oldrad. conf. 211. num. 7. vbi de rebus, pannis sericis, seu aureis, vestibus, putà stamine, vel cilicio, per cap. cum inter nos, de verb. signifi. & c. in nostra, de sepult. vbi speciale dicitur in Hospitalariis, in equis, &c. ergo in contrarium est Ius commune. Contrarium tenet Caraccia de quarta funerali, cap. 1. vers. ad sunt indumenta: quod credo procedere de consuetudine, vel priuilegio, & declarauit Pius V. in d. sua Constit. incip. Et si Mendicantium, quam refert Fr. Emman. d. tom. 1. q. 49. art. 2. Fallit in equis, & armis, quæ relinquuntur in subsidium terre Sanctæ, Molin. d. tract. 2. disp. 215. num. 2. per c. in nostra de sepult.

Primò limita, principalem resolutionem in illis, quæ offeruntur in funere alicuius, qui de facto contra voluntatem Fratrum in eorum Ecclesijs, v.g. tempore Interdicti, sepelitur, Alber. in l. seruo alieno. 113. §. inceptas. num. 22. ff. de legat. 1. Feder. de Senis conf. 119. Gemin. in c. 1. de sepult. libr. 6. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 39. art. 3. quia non debetur quarta in casu prohibito, c. ex parte, c. liberum, c. in nostra, de sepult. Siluest. d. verb. Canonica portio, num. 8. §. septimus, vbi quòd tenetur corpus, & omnia, quæ habuit, restituere. Fr. Emman. tom. 1. q. 39. art. 3. vbi restringit in illis Religionibus, seu Ecclesijs, quæ habent priuilegia, vt tempore Interdicti possint in eorum Ecclesijs aliquos sepelire.

T 2

Secundo

- 46 *Secundo* limita in illis, quæ offeruntur in funere alicuius nouitij mortui in Religione, Anchar. & Franch. in cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. Syluest. d. verb. canonica portio, num. 8. §. quartus, Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 39. artic. 4. vbi extendit limitationem, etiam si mortuus fuerit in domo parentum, ad quam se contulerat, vt curaretur, de quo etiam Villalob. in summ. p. 2. tract. 31. diff. 7. numer. 10. Fr. Ludou. Miranda d. tom. 2. q. 48. art. 9. concl. 3. Azor. d. p. 2. lib. 9. cap. 13. q. 4. vers. quod si in Monasterium, casu 3. Hieron. Roder. in comp. quæst. Regul. resol. 18. num. 5. Restrigitur tamen limitatio multis modis: & primo, vbi quis morbo iam affectus ingressus est in Religionem, & ibi Nouitius ob illum morbum mortuus est, quia tunc quarta debetur, Syluest. d. verb. Canonica portio, num. 8. vers. quintus, Molin. d. disput. 215. numer. 4. Secundo restringitur in eo, qui petiit cum habitu Fratrum sepeliri, Syluest. loco proxime citato. Tertiò restringitur in Nouitio, qui non habuit propositum mutandi vitam, Petr. de Vbaldis de Canon. Paroch. c. 6. num. 24. Syluest. d. numer. 8. vers. quintus. Quartò restringitur in iis Confratribus, qui ingrediuntur in loca religiosa reterentis bonis suis: quia etiam de legatis factis per ipsos debetur canonica portio, Syluest. d. verb. Canonica portio, num. 12.
- 47 *Tertiò* limita in legatis factis Ecclesiis, vel locis piis, pro fabrica, ornamentis, cereis, luminariis, anniuersario post sextum diem, & aliis ad cultum diuinum perpetuum, Molin. d. disput. 215. num. 8. Quicquid teneat Paul. de Eleazar. in Clem. dudum. §. verum. de sepultur. Alex. conf. 196. num. 3. lib. 2. Syluest. d. verb. Canonica portio, numer. 15. §. secunda, cum seqq. vbi quod debetur de relicto pro construenda capella. Petr. de Vbald. de Canon. Paroch. c. 4. num. 22. Calder. conf. fin. de sepult. vbi de relictis pro planeta.
- 48 Canonica portio debet solui de rebus quomodolibet donatis, seu relictis, d. Clem. dudum. §. verum, & ibi glos. de sepultur. siue sit donatum vni ex Regularibus, siue toti Monasterio, d. Clem. dudum, vbi glos. verb. indirecte, Feder. de Senis conf. 4. n. 4. latè Gemin. conf. 46. vbi etiam si fuerit donatum vni Fratris, & consanguineis, Syluest. d. verb. Canonica portio, num. 15. §. sexta, Petr. de Vbaldis d. c. 4. vt de donatis causa mortis loquitur d. Clem. dudum, in §. verum, Syluest. d. verb. Canonica portio, num. 8. Petr. de Vbaldis d. c. 4. num. 19. etiam si donatio causa mortis vel legatum factum in infirmitate sit solum in vita, gloss. verb. datis, in d. Clem. dudum. Sed contrarium tenent propter priuilegia, vel consuetudinem, Fr. Emman. d. q. 39. artic. 2. vbi refert declarationem Pij V. Molin. d. disput. 215. num. 4. vbi ait hoc non procedere, si fiat

in fraudem, per Abb. in cap. de his, de sepul. Et quod non debeat de vestibus datis pauperibus, tenet Fr. Archangel. Caraccia de Quarta funer. cap. 3. vers. in super cum funere. Ioan. à Cruce de statu Relig. p. 2. cap. 9. dub. 5. Nec de frumento in illis Religionibus quibus datur, Caraccia vbi supra, vers. de frumento verò. Non procedit supradicta resolutio in donatis in vita, & in sanitate, Oldrad. conf. 225. num. 3. Petr. de Vbaldis d. cap. 4. num. 21.

Quarta funeralis debetur de omnibus illis, quæ iure institutionis relinquuntur Monasteriis, siue aliis locis piis, Molin. d. disput. 215. num. 4. per Abb. cap. 1. num. 7. de sepul. Syluest. d. verb. Canonica portio, num. 10. Alex. conf. 196. n. 6. lib. 2. Itè debetur de relictis pro anima, Alex. d. conf. 196. n. 7. Non tamen debetur de iis, quæ testator in pios vsus iussit distribuere in vasa, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, Cou. in c. ult. num. 8. de testam. quia ab ipso testatore censetur facta hæc distributio, l. vnum ex familia. 81. ff. de legat. 1. vbi Din. Bart. & Doctores, Fr. Archang. Caracc. d. cap. 4. vers. quare non video. Declaratur tamen hæc resolutio, vt non procedat, quando aliquis Regularis electus est executor, vnde distribuatur aliquam summam pro suo arbitrio, & ipse in Fratres distribuit, quibus nihil erat relictum, gloss. verb. obuentionibus, & verb. indirecte, in d. Clem. dudum, Syluest. d. verb. Canonica portio, num. 15. vers. secunda, vbi loquitur etiam, quando Fratribus nihil est relictum, sed mandatur executoribus, vt dent, vel promittant aliquid Fratribus. An quarta debeat de illo, quod relinquitur vni ex Regularibus? Vide Federic. de Senis conf. 4. Calderin. conf. fin. de sepultur. Alber. in l. seruo alieno 115. §. ineptias, n. 10. ff. de legat. 1. & n. 12. & 13. d. c. 4.

Debetur etiam quarta funeralis de omnibus legatis factis Ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam, cap. 1. & 2. de sepultur. Oldrad. conf. 225. num. 18. Syluest. d. verb. Canonica portio, in fine, Couar. in cap. ult. num. 2. de testam. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 39. art. 2. in prim. Molin. d. disput. 215. num. 4. vbi quod quarta debetur de omnibus, quæ relinquuntur in vltima voluntate, etiam si legata facta sint Predicatoribus, aut Mendicantibus, Alber. in d. l. seruo alieno. §. ineptias, num. 10. ff. de legat. 1. Couar. in cap. ult. num. 1. de testam. per d. Clem. dudum. Quæ tamen procedunt, si legatum relinquatur ratione loci, non autem ratione personæ, neque in fraudem, Syluest. d. verb. Canonica portio, numer. 7. Oldrad. conf. 225. num. 16. qui tamen indistinctè dicit quartam deberi.

Id limitatur aliquibus modis, & primo, vt non procedat in legatis factis Monasterio, quod

quod sit exemptum per priuilegium, Siluest. d. verb. *Canonica portio*, num. 8. Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 3. q. 46. art. 1. & tom. 1. quest. 39. art. vlt.* Ioan. de la Cruz de *statu Relig.* p. 2. q. 9. dub. 5. Archangel. Caraccia de *quarta funerari*, cap. 2. *Secundo*, vt non procedat in legatis factis Ecclesiæ, in qua testator sepelitur, Alber. d. num. 10. Oldrad. *conf. 225. n. 15.* Siluest. d. verb. *Canonica portio*, num. 8. §. *sexto*, per glos. in c. 1. de *sepult.* Quod non procedit, si tale legatum factum est Ecclesiæ, ad hoc vt construat capellam in Ecclesia, in qua est sepultus, Alex. *conf. 196. num. 5. lib. 2.* Zabarel. in d. *Clem. dudum*. §. *verum*, q. 16. vel si est factum in fraudem Ecclesiæ Parochialis. *Tertio*, vt non procedat in legatis factis Ecclesiis, vel locis pijs pro ornamentis, cereis, luminaribus, anniuersario post sextum diem, Old. d. *conf. 225. num. 20.* Molin. d. *disp. 215. num. 8.* *Quarto*, vt non procedat in legatis relictis Ecclesiæ pro fabrica, quia ex tali legato non detrahitur quarta, Couar. in c. *ult.* num. 5. de *testam.* quod verum est, si Ecclesia tunc indiget reparatione, secus si non indigeat, Couar. *ubi supra*.

53 Subsidiu Hispanicu, quod ab hoc charitatio plurimum distat, *primò* Regi Catholico concessum fuit à Pio I V. in *quadam sua Constit.* incip. *Ad Romani Pont. indefessam*, sexto Non. Martij 1561. de trecentis millibus ducatis auri annuis vsque ad quinquennium duplex super omnium & singularum Cathedralium & Metropolitanarum, Collegatarum, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium & Regularium, Canoncatuum, & Dignitatum etiam post Pontificales maioru, & Capitulariu, Conuentualiu, & aliarum Ecclesiarum fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus & emolumentis, & c. ipsis S. R. E. Cardinalibus, & Militibus Hierosolym. dumtaxat exceptis. *Secunda* concessio facta fuit à Pio V. in *sua Constit.* incip. *Cum sicut*, sub die 16. Martij 1566. *Tertia* concessio ab eodem Pio V. in *alia sua Constit.* incip. *Cum sicut accepimus*, sub die 21. Maij 1571. qui etiam per aliam suam *Constit.* incip. *Decret Romanum Pont.* sub die 7. Martij 1572. exactionem huius subsidij à Capitulis, & Collegijs Prouinciæ, seu Episcopatus suscipi mandat Gregorius XIII. in *Constit.* incip. *Concessit alias*, sub die 11. Februarij 1573. declarat Milites S. Iacobi de Spatha (excepta tamen magistrali mensa) necnon quatuor Mendicantium Ordinum Fratres bona immobilia, seu quæ immobilia loco habentur, possidentes, ad subsidiorum hæctenus non solutorum solutionem teneri. Et demum Paulus V. in *Constit.* incip. *Pro nostro munere*, sub die 31.

Barbosa de Parocho. Pars III.

Octobris 1614. post alias concessionem confirmauit concordiam subsidij huiusmodi inter vniuersum clerum Regnorum Castellæ, & Legionis, & Regem Catholicum initam.

Aliud subsidium, seu superadditionalia scrutia Regi Catholico concessit Gregorius XIII. in *sua Constit.* incip. *Ad auxilium*, die 16. Augusti 1591. ad sexennium duratura super victualibus in Regnis Coronæ Castellæ vendendis, seu consumendis, ad quæ contribuenda declarat omnes, & singulas personas Ecclesiasticas seculares & cuiusuis Ordinis Regulares teneri. Clemens VIII. in *sua Constit.* incip. *Alias per nos*, die 11. Augusti 1603. subdit huiusmodi gabellam, seu sissam imponi posse super tribus rerum speciebus, vini scilicet, olei, & carnis, dummodo summa tantum decem & octo decies centena millium nummorum aureorum fiat, & non vltra. Et post alias cōcessionem S. D. N. Urbanus VIII. in *suo Motu proprio*, incip. *Ad vniuersalis*, 5. Martij 1633. statuit vt omnes & singulæ Ecclesiasticæ personæ tam seculares, quàm cuiusuis Ordinis Regulares in regnis Castellæ & Legionis commorantes, teneantur ad conferendum & contribuendum prout laici in subsidio ad summam decem & nouem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius durante sexennio, mediante scilicet solutione gabellaru, seu sissarum super vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis & consumendis impositarum; non tamen quoad præfatas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliis quibuscunque redditibus propriis per se, vel alios etiam affiduaros suos, vel etiam elemosynis percipiunt, & pro diuino cultu, seu propriis, vel familiarum suarum vibus consumunt.

54 Aliud denique est subsidium, quod nostri Hispani *Excusatum* vocant, ex cōcessione Pij V. qui in *sua Constit.* incip. *Circa pastoralis*, die 15. Iulij 1567. Regi Catholico ad quinquennium concessit plenam, liberam, & omnimodam facultatem, petendi, exigendi & leuandi ac recuperandi decimas tritici, hordei, vini, agnorum, lanæ, olei, casei, & aliorum quorumcunque fructuum & rerum, ex quibus decimæ tam de iure, quàm de consuetudine & priuilegio solui & dari consueuerint, ex vna domo, illiusque domino, post duas, quæ vberiores, & opulentiore decimas habuerint, quæ maluerint in qualibet Parochia tam seculari, quàm cuiusuis Ordinis Regulari ex vniuersis Parochiis in Regnis, & dominij Hispaniarum & Insulis eisdem Regnis adiacentibus. Ad aliud quinquennium extēdit idem Pius V. in *alia Constit.* incip. *Sanè alias*, sub die 21. Maij 1571. & ad aliud quinquennium Gregorius XIII. in *Constit.* incip. *Alias felicitis*, sub die 13. Maij 1575. Idem per aliam suam

suam Constit. incip. *Decet Romanum*, sub die 4. Ianuarij 1573. confirmat concordiam initam inter Clerum Regnorum Coronæ Castellæ, & Legionis, cum Rege Catholico, ut scilicet pro & loco huiusmodi concessionis, status Ecclesiasticus dictæ Coronæ soluat suæ Maiestati, & illi, qui suo nomine illud habere deberet, videlicet ducentos quinquaginta mille ducatos annuos in duabus solutionibus pro medietate, diuidendos pro certis quantitatibus cuilibet diocesi dictæ Coronæ prout diuiduntur: dummodo tamē extra hanc concordiam, & diuisionem remaneant Regna Aragoniæ, Cathalonix, & Valentix, & insulæ illis adherentes, Confirmationem eandem fecit etiam Paulus V. ut in eius Constit. incip. *Pro nostro*, sub die 23. Iulij 1620. At Clemens VIII. in constit. incipien. *Propensa nostra*, sub die 11. Aprilis 1601. absoluit & plenissimè liberat Regem Catholicum, eique remittit & condonat notabilem, ac etiam notabilissimam summam subsidij & Excusati per illum in alios usus conuersam, quàm in illos, ad quos fuit destinata, videlicet ad sustentandum sexaginta triremes, &c. Et S.D.N. Urbanus VIII. in sua Constit. incipien. *Apostolicus officium*, die 9. Martij 1634. statuit ne commissarius Cruciatæ post elapsum cōcordiæ, & confirmationis Apost. tempus quidquam à Clero exigat ratione Subsidij, & Excusati, donec alia cum eodem Clero concordia desuper inita & Apostolica auctoritate confirmata fuerit; necnon eundem Commissarium monere mandat ne, Notariatus, & Officia Cruciatæ, Subsidij, & primæ decimæ Excusati, cum Ecclesiastica Officia sint, à ministris Regiis vendi, seu alienari quoquomodo permittat, minùsque cogat Clerum ad solutionem aliquam faciendam eis, qui Officia huiusmodi, siue alterum eorum ement, seu iam forsan de facto emerint, &c.

CAPVT XXVI.

De sepulturis & funeribus
ducendis.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochus suos Parochianos, omnesque alios intra Parochiam degentes sepelire debet.
- 2 Sepultura tripliciter sumi potest.
- 3 Sepelire mortuos opus piissimum, & multum commendandum, & n. 4.
- 5 Cadauera intra Vrbes sepeliri prohibitum erat lege duodecim tabularum.
- 6 Cæmeteria pro fidelium mortuorum corporibus sepelienda instituta sunt.
- 7 Sepultura honor intra Ecclesiam Episcopis

- deferri cœpit, alijsque personis insignibus.
- 8 Sepeliri in Ecclesia quibuscunque, siue Cæmæteris siue laicis licitum est.
- 9 Sepultura ius concedere, spectat ad Episcopum.
- 10 Sepeliendus nemo est prope Altare, seu sub bradellis.
- 11 Sepultura locus quibus modis, & cuius auctoritate dari possit, ostenditur.
- 12 Sepulchrum proprium potest quis habere quoad usum, & prohibere ne absque eius assensu quis in eo sepeliri queat.
- 13 Sepeliendi ius quæsitum non censetur ex solo cursu decennali, & cadauerum illatione, nec ex iure patronatus, quod quis habeat in Ecclesia.
- 14 Ecclesia etiam non Parochialis capax est, vel ex consuetudine, vel Episcopi auctoritate habendi cæmeterium, & ius sepeliendi.
- 15 Sepulchrum probatur commune esse familia ex inspectione literarum.
- 16 Simoniacum est aliquid tanquam pretium exigere pro iure sepulture, siue ut aliquis in certo loco Ecclesiæ, aut cæmæterij sepeliri possit.
- 17 Sepulchri hereditarij usus est pretio æstimabilis, & vendi potest pro debitis defuncti.
- 18 Gabella non soluitur de venditione sepulture, ratione situs, vel dignioris loci. Consuetudo certum quid exigendi pro sepultura, seu officio sepulture, an sit valida, ibid.
- 19 Electio sepulture omnibus adultis est libera, dummodo non prohibeantur à iure.
- 20 Sepultura eligi potest in Fratrum Predicatorum, & Minorum Ecclesiis, relicta Parochiali.
- 21 Electio sepulture in Ecclesiis Regularium non potest à Parochis impediri.
- 22 Parochus non potest prohibere, quin Defunctus sepeliatur in Ecclesia per ipsum edificata, & electa, reseruata ipsi Parochi Quarta funerali.
- 23 Curatus requisitus, ut intersit Defuncti sepultura in Ecclesia per ipsum Defunctum edificata, si interesse recuset, vel petitam licentiam denegat, poterit sine ipsius interuentu, & licentia tradi sepultura.
- 24 Electionem sepulture potest quis reuocare usque ad finem vitæ.
- 25 Religiosi, seculares Clerici nullum inducere possunt sub pena excommunicationis ad eligendam sepulturam sub voto, vel promissione de non mutando illam electionem, etiam non sequuto effectu, ut num. 26.
- 26 Parochus violenter rapiens, vel spolians funus